



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Decennium Apostolicum S. Francisci Xaverii Indiarum II.
Japoniarum I. Apostoli**

Nevhvsii, 1689

Annus sextus. Christi MDXLVII. Xaverii L.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43989

Annus sextus.

Christi M D X L V I I .
Xaverii L.

Vbileus etatis Tue hic annus est, Xaveri. (etatis
quam India optandum foret esse immortalem)
sed quem admirabilis Zeli Tui vindiciis divina
ultio initiat, quando rebellem Deo & Lusitanore-
gi Tolum terrae concussio, adium ruina, cinerum
tempestas, & conflagratio percellit, percussa Lusi-
tanus victor miles superincubit. Nimirum Tu
alter Moyses concilia opem cum hoste perfido bel-
lantibus, ut, cuius expeditionis vates ac fautor fue-
ras, praecipuus esses quoq; adjutor. Subinde Goam
relegens animo, transiens Amboino, paternare repetit
in valentium atq; infirmorum corpora & animos
officia, indeq; velut à Mileto Paulus, inter omni-
um complorationes divulsus, Malacam pari repa-
randam à Te uno (cui decem non suffecissent alii)
studio transis, occulta atq; absentia in Duro acta
cognoscis. Nobili demum illa contra Acenos Chri-
stiani nominis. Hostes victoria (per obstantia om-
nia magnanimitate invicta eluctatus) inclarescis,
cum in Perleni amne, sub Duce Francisco Saa, pre-
sag

sago Tuo hortatu atque auspicio, 5000 barbaris,
 Turcis, Gentilibus opponi christianos 200, navigiis
 sexcentis biremes sex committi, & tuis precibus,
 lacrymis, suspirijs triumphare sese ex integro gra-
 tulata est Malaca. Tu modo è cælo robur nostris
 terrâ marique exercitibus in pares christianorum
 hostes suffice, fortissime Xaveri !

Decem urbes Orientis Principes,
 Apostolico Xaverii decennio
 Illustres.

- I. Admonet me Urbs Malaca, experta
 Tuam, Francise, manū in Deo omnipotentē,
 Urbium per Orientem reliquarum,
 queis imprimis consulisti
 Magne Orbis Civis,
 & Apostole decennis.
- II. Subi thinc Tuis culta laboribus,
 Tuo dives corpore Goa Indiæ Metropolis.
 Inde Tuis incalescens votis ardentibus
- III. Meliapora;
- IV. Tuis beata colonis Armuzia;
- V. Felix subsidiis Tuis Cocinum;
- VI. Tuis Ternate reformata studiis incre-
 (dibilibus;
- VII. Tuis pressa primitū istinc Cangoxima
 vestigijs.

B

VIII. Ri-

VIII. Rigatum sudoribus Amangucium
 IX. Sanguine Meacus infusa,
 X. Vindiciis Zeli Tui Tonus perterrefacta :
 Quidni accinam Tibi :
 Euge serve bone, quia in modico fuisti fidelis,
 eris potestatem habens
 super decem civitates ? Luc.19.v.17.

Annus septimus.

Christi M D X L V I I I .

Xaverii L I .

Prima jacit annus hic messis Japonicæ semina,
 cum Dei planè manu ducitur ad Te, Magne
 Apostole, eâ ab insula Anger, cuius Tibi indoles &
 genius animum gentis universæ Christo adducen-
 dæ injicit. Goam igitur Malacâ meditaris, Japoni
 Te comparaturus. Ex itinere revisens interim
 Comorinos primogenitos in Christo Tuos, tum Co-
 cinenses ac Cranganorios beneficiendo transiens,
 Goæ velut communis omnium parens exciperis.
 Hic illa admirabilis diei integræ Tibi te rapit ec-
 stasis, hic crudele istud in tergum immerens alienis
 prosceleribus supplicium. Hinc brevis in Camba-
 jam excursus. Hinc ablegatio subsidiarij opera-
 rum